



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Controversiae Ecclesiastico-Historicae

Casteel, Gerard

Coloniae Agrippinae, 1734

VD18 10739254

Licentia Reverendissimi ac Perillustris Domini otius Ordinis Canonorum
Regul. Sanctæ Crucis. Magistri Generalis Wernerus D'Audace ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68244)

L I C E N T I A

*Reverendissimi ac Perillustri Domini
totius Ordinis Canonorum Regul.
Sanctæ Crucis.*

MAGISTRI GENERALIS

WERNERUS D'AUDACE totius sacri ac Ex-
empti Ordinis Canonorum Regularium S. Cru-
cis Magister Generalis ac Primariæ Domûs apud
Huum Major Prior &c. &c.

Dilecto nobis Filio Reverendo admodum Doctissimoque Domino
GERARDO CASTEEL Can. Regul. S. Crucis, Domûs Duisburg, Salu-
tem. Controversias vestras 45. Ecclesiastico-historicas à viris perquam judi-
ciosis & competentibus approbatas, laudatas, præloque dignas reputatas
cum inaudierimus: ut eas mediantibus typis, servatis de jure servandis, in
lucem publicam ac multorum utilitatem, caliginis depulsionem agnitio-
nemque veritatis, dirigas & immittas, benigne indulgemus. Dabamus a-
pud Huum in Primaria nostra totius Ordinis Canonorum Regularium
S. Crucis Domo hac 15. Julii 1733.

W. D'AUDACE
Generalis qui supra.

*De Mandato Perillustri
ac Reverendissimi Domini meo*

F. M. I. Loncin Secretarius.



CENSURA ORDINARII

Opus intitulatum Controversiæ Ecclesiastico-Historicæ Authore G-
ERARDO CASTEEL Canonici Ordinis Sanctæ Crucis Domûs
Duisbergensis Priore ex nostra tanquam Ordinarii Censoris Librorum
autho-

authoritate examinatum , prout diligenter discussum , visis & conformiter ponderatis Relationibus , omnia in eo bonis moribus & orthodoxæ Romanæ fidei ita consentanea esse , atque optimarum rerum & Historiarum multam eruditionem & copiam in eo tradi agnoscimus , laudamus , approbamus & ad publicam lucem admittimus. Datum Coloniae Agrippinae 1733. die 10^{ma}. Junii.

JOANNES NEUMAN J. U. Doctor
Insignium Collegiatarum S. Severini &
Archidiaconalis Sti. Cuniberti Canonicus
& ad SS. Apostolos Decanus, Protonotarius
Apostolicus, Serenissimi & Reverendissimi
Principis Electoris Colonienſis
Conſiliarius Eccleſiaſticus ac Librorum
Cenſor Ordinarius m. pp.

APPROBATIONES THEOLOGORUM.

Quandoquidem Controversiæ Eccleſiaſtico-Hiſtoricæ ab Admodum Reverendo & eruditissimo Domino F. GERARDO CASTEEL Canonici Ord. S. Crucis Domûs Duisbergensis Priore studioſe compilatæ Nobis ex commiſſione ſpeciali, à Perilluſtri ac Reverendiſſimo Domino WERNERO D'AUDACE totius ſacri ac exempti Canonici Ordinis S. Crucis Magiſtro Generali datâ, à Nobis lectæ ſint, & relectæ, & nihil fidei orthodoxæ, aut bonis Moribus adverſum contineant, ſed multa laboris & eruditionis micantia elucubrata exhibeant, ideo eas luce publicâ, & ut beneficio typi ad pluriſimum, qui eruditione delectantur, deveniant manus, dignas fore judicavimus, Dabamus in Canonicâ Domo Noſtrâ Colonienſi hac 6^{ta}. Septemb. 1733.

F. HENRCUS GOLT Can. Ord. S. Crucis
Domûs Wickrodiensis Prior & Capituli
Generalis Definitor m. pp.

F. FRANCISCUS MEUL Can. Reg. Ord.
S. Crucis Domûs Colonienſis Prior & Ca-
pituli Generalis Definitor m. pp.

XX 2

Studioſè

Sudiosè perlegi & examinavi Librum, cui Titulus est **CONTROVER-**
S**SIÆ ECCLESIASTICO-HISTORICÆ** rara & utili diligentia ex anti-
quis & recentioribus Authorum sententiis placitisque compilatum ab Ad-
modum Reverendo Doctissimoque Domino **GERARDO CASTEEL** Ca-
nonici Ordinis S. Crucis, Domûs Duisbergensis Priore dignissimo, qui cum
nihil à fide orthodoxa & bonis moribus alienum contineat : sed plurima
piam curiositatem delectantia & à maximis sæculi nostri ingeniis hodieum
in utramque partem disputata, seposito partium studio eruditè simul ac dilu-
cidè proponat, luce publica ad enodandam magis magisque in Historiis con-
troverfis veritatem dignum censeo, Colonia 23^{ta}. Augusti Anno à partu
Virginis 1732.

MATTHIAS HEIMBACH
Societatis JESU Theologus.

LEgi Librum manuscriptum, cui Titulus erat **CONTROVERSIAE**
ECCLESIASTICO-HISTORICÆ per **GERARDUM CASTEEL**
Canonici Ordinis S. Crucis Domûs Duisbergensis Priorem ; continebat
præter Præfationem controversias 45. non minori modestia & æquitate
prudētissimi Critici, quàm multiplici ac recondita eruditione commen-
dandas ; nihil in eis fidei aut bonis moribus contrarium observavi , imo Rei-
publicæ litterariæ jucundæ juxta & utiles, adeoque publica luce dignæ visæ
sunt, Colonia 1733, Kal. Maji,

JOSEPHUS HARTZHEIM
Societatis JESU SS^{ta} Theo-
logiæ Doctor,

PROLO-